diebus huiusmodi per decanum et Capitulum supra deputate

Item idem vicarius seu presbiter assumi et ordinari
debet ad predictam vicariam et temporaliter conferri

Collacio

per Decanum ecclesie Budissinensis, et Magistrum civium,
et rectorem Scole Budissin: qui fuerint pro tempore,
et destitui quando et quotiens oportunum fuerit,
per eosdem, Sed primus vicarius seu presbiter per dominum
Henricum decanum predictum seu per suos Testamentarios
temporaliter vel perpetue ad predictam vicariam assu-
mi et ordinari debet ad eorum voluntatem, Institucio
vero obediencia et correctio eiusdem vicarij ad Decanum
tantum pertinebit, Idem eciam vicarius presbiter debet
omnibus laboribus et oneribus Elemosine per dominum De-
canum predictum facte et ordinate, prout habet in
alio Instrumento publico contineantur Item idem vicarius
propter ante dicta, et infra scripta onera exemptus esse
debet a visitatione omnium horarum Misse et processi-
onibus, dominicis diebus et festivis duntaxat exceptis.

Idem eciam vicarius particeps esse debet omnium
administracionum Chori cum alijs vicarijs ut est consuetum

Ut autem predicte libertates, administratio, et alia
superius contenta sine restauro ecclesie faciendo non

De panibus pre-
ben(dalibus)

transeant, Prout in fundacione aliarum vicariarum
ecclesie nostre fieri est consuetum, Predictus dominus Hen-

Decanus . x. marcas grossorum annui census, quas actu habet a
Capitulo nostro ad vite sue tempora cum tribus sexagenis
similiter annui census quas habet super cives, et op-
pido Gorlitz nobis capitulo et vicarijs nostre ecclesie, pro
panibus prebendalibus perpetuis temporibus nomine testa-
menti simul et restauri dedit, et deputavit, Ita scilicet
quod Canonice integre in loco residentibus due partes et
Canonice in minoribus prebendis et vicarijs perpetuis si-
militer presentibus et residentibus tertia pars de predicte
panibus septimanatim ministrentur. Si non pro quavis
utilitate seu honestate ecclesie nostre alicui principi vel
advocato a nobili advenienti Capitulum seu Canonici pre-
sentes de predictis panibus dare decreverint, extunc huius-
modi panes de parte Canonicorum simul et vicariorum
recipi debent et donari, Insuper de voluntate predicti domi-
ni Decani, similiter de nostra voluntate existit. quod si
per nos vel per nostros successores administratio panis
predicti in administrationem pecunie, quod absit muta-
tur seu verteretur, extunc omnes Canonici in maioribus
et minoribus, absentes et presentes, Et similiter omnes
Vicarij perpetui et temporales in administratione huiusmodi
pecunie, equalem habere debent porcionem. Officium
vero procurationis huiusmodi panis prebendalis per Capitu-
lum